

jure quod ex nunc inest vel in posterum inesse poterit proprietatis tytulo transire faceremus ad monasterium sanctimonialium iam dictarum, attendentes eciam numerum earundem, ita quod vix possent ob defectum temporalium deo cui deserviunt omnia militare, eadem bona cum omni suo jure ut premissum est prefato monasterio sanctimonialium in  
 5 Lypzk post legitimam et liberam resignacionem pheodi bonorum talium nobis factam contulimus liberaliter justo proprietatis tytulo perpetuo possidenda nichilque nobis ac nostris heredibus juris super eisdem bonis in antea volumus reservari. Ne igitur super hiis sepe dicto monasterio in futurum suscitari questio valeat nocitura, ipsi et sanctimonialibus ibidem deo devote famulantibus presens scriptum dari jussimus sigilli nostri muni-  
 10 mine roboratum. Actum et datum Lypzk anno domini M. CC. LXXXIX, III. ydus junii, presentibus nobili viro Alberone burcgravio de Lyznik, domino Heinrico advocato de Plawe seniore, Tymone Knuth, Theoderico dicto Pubs, Cunrado de Luppe, Gotshalco de Hongeniste, Johanne de Olzkowe militibus, Heinrico nostro notario dicto de Groycz, Symone antiquo sculteto, Johanne de Lubeniez, Heinrico de Lubene civibus nostris et  
 15 aliis quam pluribus fide dignis.

(S.)

## 27.

*Burggraf Meinher III. von Meissen bekennt, daß er die Mühle (Thomasmühle) zu Leipzig, welche er von Markgraf Friedrich von Meissen und Landsberg zu Lehn getragen, in dessen Hände auf-*  
 20 *gelassen hat.* **Dresden, 1289 Juli 3.**

*Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Leipzig Kasten 84, mit dem abhängenden S. (Cod. dipl. Sax. reg. II. 4 Taf. I No. 5).  
 Ann.: Vergl. No. 24.*

Nos Meynerus dei gratia burgravius de Misna recognoscimus publice per presentes, | quod molendinum in Lypz, quod a domino nostro Friderico illustri Misnensi,  
 25 Orientali et de | Landesberc marchione justo tenuimus feodali tytulo, eidem domino nostro marchioni liberaliter in | manus suas resignavimus nichil juris in eodem nobis de cetero asscribentes. In cujus rei testimonium presentem litteram dari fecimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum Dresden anno domini M. CC. LXXX. IX, dominica post festum apostolorum Petri et Pauli. Hujus testes sunt illustris dominus noster Fri-  
 30 dericus Misnensis, Orientalis et de Landesberc marchio, nobilis vir Aleb[ero] burgravius de Lyznik, Cunradus Knut, Reinh[ardus] de Hersuelt, Theodericus Pubtz, dominus Henricus de Zweyme nostri<sup>a</sup>) prothonotarius domini marchionis et quam plures alii fide digni.

(S.)

27. a) Das ursprüngliche noster (nr) ist schon vom Schreiber in nrj geändert.